



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

89. Fer. 6. Omnis patiens latus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 5. Dom. 2. Quadrag. 145

Conf. 2. Quomodo peractâ oratione se-  
cundâ redierit, imò & tertiâ, re diens invenie-  
rit eos dormientes, erant enim oculi eorum  
gravati, & ignorabant, quid responderent ei.  
Gravati oculi non tam corporum, quám  
animorum vicinâ negatione: Vel gravati so-  
mno: Quia erat multa nox: Vel gravati hu-  
more p̄æ tristitia: Solet enim mœror animi  
sicut lacrimas exprimere, ita vaporess in cere-  
bro excitare, unde nascitur sōnus; videmus-  
que infantes postquā fleverunt, altè dormire,  
& viros, cùm in luctu sunt, opprimiti somno.

Conf. 3. Quomodo Christus sui negligens  
ipsois invisat; sic auri faber p̄æclarum opus  
in fornace liquans colloquium animi rescindit:  
Mater ægrotum filium surgens à mensa  
visitat, jamq; excitat, jam dormire sinit, ne  
molesta sit: Sic avis metuens pullis nidum  
circumvolat, & dux in acerrima obsidione  
vigil ad portas se sistit: Et Christo minor est  
vitæ imperrandæ, quám suorum commodis  
procurandis cura, dum sui oblitus in tanto  
rerum cardine cum Patre interrumpit collo-  
quium. Discam suspectam esse charitatē Dei,  
quę caret metu, curā, & solicitudine proximi  
sui.

#### MEDITATIO LXXXIX.

Feria 6. Dom. 2. Quadrag.

Omnis patiens latet.

G

Aspi-

146 Feria 6. Dom. 2. Quadrag.

**A**spiciam Christum ex tristi lætum ( qui usque ad mortem suam in voluntatem Patris se resignavit ) lætum & hilarem meti obviantem. Petam agnoscere lætitiam patientium conformiter voluntati Dei.

*Conf. 1. Verba Domini Matt. 26 Tunc revi  
ad discipulos suos, & dieit illis: Dormite jam, &  
requiescite, sive id dicat ironice, sive ut meū  
demat, sive ut oportere se pati, nec indigent  
eorum auxilio ostendat; Sufficit; quod dixi  
requiescens prius aliquantulum, statim quā  
addit: Venit hora: Ecce Filius hominis trade-  
tur in manus peccatorum. Match. 26. Marc. 14.  
flagitosorum, & gentium. Surgite, eamus, ec-  
ce appropinquavit, qui me tradet. Matt. 26. Qui  
me tradet, prope est. Match. 14. Ultro perga-  
mus ad mortem; non inveniant nos timen-  
tes, sed gaudium, & confidentiam videant;  
Voluntas robustior est, cùm appetitus con-  
fessit. Imaginationem præcipuam pavoris  
causam vincat promptitudo animi generosa.*

*Conf. 2. Quomodo resignatio Christi pa-  
tientiam ejus læticaverit: Quia istiusmodi  
homines resignati, nulla in re animi afflictio-  
nem sentiunt: nam animi dolorem vel affli-  
ctionem dicimus, cùm voluntas hominis de-  
liberata ratione vellet afflictione carere, at-  
qui homines mortificati operacioni divina  
ut suæ acquiescunt. Itaque qui in adversis*

v0.